



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 143. Emerici Cantonæ, & Joannis Pappi interitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Sæc. XVII. lam, fornacem, Colossum, epulum, &
 A. C. 1610. cedrum Babilonicam adversus Catholicos,
 Præfationem & defensionem in Societatis
 Historiam Hasenmiüllerianam contra Gret-
 serum, præter alia opuscula adversus
 Crellium, Huberum, Gleselium &c.
 Celebrant etiam Lutherani ejus com-
 mentarium in Genesin: obiit die vigesi-
 ma secunda Februarii annos natus
 quinquaginta octo.

§. CXLIII.

Emerici Katonæ, & Joannis Pappi interitus.

*Czwiting.
 Hung. li-
 terat.*

Interim naturæ debitum solvit Emeri-
 cus Katona natione Hungarus, qui
 variis in locis Pastoris munere functus,
 nonnisi triginta octo annos natus die
 vigesima secunda Octobris e vivis ex-
 cessit. Huic adjungimus Joannem
 Pappum Lindaviæ natum, qui inter
 Lutheranos insignis Theologus audi-
 tur: Hic idem anno Christi millesi-
 mo quingentesimo nonagesimo ab Argen-
 tinenſi Senatu ad Emmedinganum col-
 loquium præſente Jacobo Badensi Mar-
 chione cum Piſtorio Catholico Docto-
 re habitum ablegatus est, qui tamen
 melius mansisset domi, a suo Antago-
 nista

nista tam egregie depexus, ut non mo- Sæc. XVII,
do Marchio in fide Orthodoxa, quam A. C. 1610.
non ita pridem amplexus erat, firma-
retur, sed etiam ipse, ac ceteri Præ-
cones, qui suppetias laboranti ferebant,
nil promptum, paratumque haberent,
nisi quod Marchionem de partium stu-
dio accusarent. Obiit Pappus die de-
cima tertia Julii. Plures illius lucu-
brationes existant, quos inter celebrior
est ejus *Epitome & Ecclesiastica Historia*
de conversione Gentilium, necnon descri-
ptiones Germanicæ veteris, & omnium Re-
gum & Prophetarum populi Judaici: Po-
steris quoque reliquit disputationes in
Augustanam confessionem, & concor-
diæ formulam, item *Parva Biblia, Ho-*
milias Academicas, & Hypothesin doctri-
næ Christianæ præter alia nonnulla.

§. CXLIV.

Larachium ab Hispanis secundo Mar-
te expugnatum.

Dudum atrox bellum fervebat inter *Ferreir.*
tres Principes Nazari Maroccii & *Cont. t. II.*
Fezzæ Regis Filios, quos inter Sida- *art. 2. §. 97.*
nus Bucarum, & Xequm fratres suos *Merc. Gal-*
prælio vicit, solus Patris sui Regnis po- *lobeig an-*
titus. Nullum aliud calamitatis re- *nal. t. 6. l. 4.*

Pp 5 medium